

394

Lib. III. Cap. III.

&c. talis modus, ut Barbara, Camestres, Disamis &c. Quia igitur in præced. cap. explicata fuit forma syllogistica in genere, quid nempe sit figura & modus; ideo nunc de eadem in specie agendum est, & videndum, quot sint figuræ, quot figurarum modi.

2. Numerantur vulgò tres figuræ. Prima est talis dispositio medii termini cum extremis, ut medius sit subiectum majoris & prædicatum minoris, e.g. *O. sentiens est animatum, O. animal est sentiens, E.O. animal est animatum.* Hic medius terminus est *to sentiens*, qui in maiore est subiectum, in min. prædicatum, quæ dispositio dicitur prima figura.

3. Habet hæc figura quatuor modos directos, Barbara: in quo duæ præmissæ universaliter affirmant, *Celarent*, in quo maior universalis negans est, minor universalis affirmans; *Darii*, in quo maior universalis affirmans, minor particularis affirmans est; & denique *Ferio*, in quo maior universalis negans, minor particularis affirmans. Exemplum modi *Barbara* est:

*O. ani*